



Disputatio IV.

DE TUTELIS  
ET CVRA.

Quam

D. N. A. G.

Sub Præsidio

CHRISTIANI MASCOVII,

Pomer. academicæ exercitationis ergò, No-  
bil. mis iuxta ac doct. mis suis commilito-  
nibus discutiendam pro-  
ponit

MARTINVS HOFMANNVS  
Glogou. Sil.

18. Calend. Maij horis matutin. & pomerid.

Si tutores Pupillorum euersores exiunt, tantò  
id scelus grauius est, quantò illorum fides ab ijs,  
qui constituerunt eos, maior est iudicata.

HELMÆSTADII,  
Excudebat Iacobus Lucius.  
Anno M. D. C. IV.



10





Mag.<sup>cis</sup> & cùm generis splendore tum virtutis,  
eruditionis, prudentiæq; laude nobil.<sup>mis</sup>  
viris Equitibus Silesijs;

**DN. GEORGIO RV=**  
**DOLPHO** à Zedlitß in Brieg & Merschau &c.  
Regiæ Curia, quæ est Glogouia, præfidi  
felicissimo:

ET  
Dn. SIGISMUNDO }  
ac } fratribus à Lois.  
Dn. IOHANNI }  
in Simpsin & Grambschitz &c. eiusdem Curia  
ibidem assessoribus dignissimis,

Dominis Meccœnatibus ac Fautoribus  
suis submissè obseruandis,

*legalem hanc disputationem*

O. & C.

**MARTINVS HOFMANNVS**  
Sil. Respondens.

Respond. MARTINO HOFMANNO  
Glogou. Siles.

DISPUTATIO QUARTA.

Thesis I.



Equitur de tutela & curatione: vbi primò controuerti solet, an qui in tutela vel curatione sunt, etiam sint in potestate? Nos ad stipulamur negantibus.

*text. in pr. l. de tutel. ibi, ex his personis quæ in potestate non sunt, quædam vel in tutela sunt, vel in curatione. & arg. pr. l. de his qui sui vel al. iur. Et cum dicitur quis in potestate, ex proprio ICtorum usu intelligitur is, cuius persona ipsa in potestate est; quod in istos non cadit. vid. Donell. lib. 3. comment. l. c. c. 1. & c. 12.*

2. Tutela itaq; Seruio finitore, est vis ac potestas *a* in capite libero, ad tuendum *b* cum qui per ætatem seipse defendere nequit, iure ciuili data ac permilla *c*.

*a* S. est autem. l. de tutel. l. 1. in pr. ff. eod. Et significant hæc verba tutelam esse facultatem, ut Donell. habet. d. c. 1. lib. 3. seu quandam ex publico munere competentem auctoritatem, ut Alciat. ait in l. potestatis. 215. de verb. signif. arg. pr. l. de excusat. tutor. vel cur. Et sæpius coniuncta leguntur, ut in S. tutores autem, l. de tutel. S. adipiscenda. in pr. l. de interd. l. soire 17. de legib. l. 1. de noxal. act. l. si idem. 7. C. de codicill. Imò & apud classicios, ut videre est in Heautontimor. Ter. act. 4. sc. 3. vid. Steph. Forcat. in Nocyom. dial. 66. *b* Vnde & tutores nomen habent, quasi tuitores d. S. tutores autem. d. l. 1. S. 1. ff. eod. quia videlicet, officium eorum consistit in tuendo pupillo, id est, eo qui 14. annis minor, & sui iuris est l. pupillus. 239. in pr. de verb. sign. Donell. d. c. 1. *c* Ex his verbis colligitur, tutelam à iure ciuili, vel dari quæ non est legitima dicitur, quod non constituitur ab homine, sed à lege sola. l. 5. in pr. de legit. tut. vel permitti, ut videlicet alius eam constituat, qualis est testamentaria, quæ à patre in testamento constituitur; itemq; honoraria, quæ à magistratu, & sæpius datua appellari solet, quod detur præcipuo quodam & solemnimodo. vid. Donell. d. lib. 3. c. 4. Dn. præcept. Herm. Vult. in S. 1. l. de tutel. n. 7.

Insignis autem hîc oritur disputatio, vtrum verba dictæ definitionis

D

nitio-

nitio[n]is IN CAPITE LIBERO intelligenda sint de tutore, an  
verò de pupillo? Nos de tutore putamus.

*Tutores enim sunt qui eam vim ac potestatem habent d. §. tutores autem.  
& ibi Interpp. Nec sufficit, ut pupillus caput liberum habeat, sed prater-  
ea, ut sui iuris sit, requiritur; cum tamen in tutore prater caput liberum  
id non desideretur, quia & filiusfamilias potest tutor esse, iuxt. pr. l. qui  
testam. tutor. dar. poss. nec satis concinnè diceretur in eadem definitione  
ad tuendum eum, sed potius ad tuendum id. vid. Don. d. lib. 3. c. 1.  
Bart. in d. l. 1. in pr. de tutel. n. 4. Treutl. p. 2. disp. 8. th. 1. lit. C. Dn. Val.  
Guil. Forst. faut. nost. p. 1. disp. 4. quest. 3.*

4. A patre tutor in testamento rectè constituitur, non solum  
ijs qui iam nati sunt, verum etiam qui adhuc existunt in utero a:  
an & exheredatis? omninò b.

*a l. quid si. 6. in fin. de testam. tut. §. ult. l. qui testam. tut. dar. poss. si  
modo natus testatoris potestati fuisset subiectus. §. cum autem. l. de tutel.  
Et alias qui in utero est, perinde custoditur, ac si in rebus humanis esset,  
quoties de commodis ipsius queritur l. qui in utero. 7. de stat. homin. l. cum  
inter. 14. C. de fideicom. libert. — b text. in l. pater. 4. in pr. l. si heredi-  
tas. 10. §. qui filium. 2. in fin. de testam. tutel. l. de creationibus. 27. in pr. C.  
de episcop. audient. arg. l. 1. in pr. d. tit. de testam. tut. iunct. ijs qua dicta  
sunt in disp. preced. th. ult. Nec confirmatione iudicis opus esse arbitra-  
mur, si testamentum perfectum fuerit. arg. l. iure nostro. 26. §. 2. l. si pater. 31.  
d. tit. Donell. d. lib. 3. c. 4. Philip. Matth. in l. quò tutela. 73. §. 1. de reg.  
iur. n. 3. Treutl. d. disp. 8. th. 2. lit. B.*

5. Emancipatis verò non rectè constituitur; nec potest, si con-  
stitutus est, tutelam suscipere nisi confirmatus fuerit a: Vbi quæri-  
tur, annè hic tutor testamentario vel datiuo similior sit? Nos dati-  
uo arbitramur b.

*a §. sed etsi. ult. l. de tutel. & Interpp. ibid. l. 1. & 3. de confirm. tut. l. 4. de  
testam. tut. b l. 3. in fin. d. tit. ibi, eos demum testamento datos ac-  
cipere nos oportet, qui iure dati sunt: hic autem tutor datus, non est iure  
datus. d. l. 1. §. 1. de confirm. tut. Et qui confirmantur ex pratoris decreto  
auctoritatem accipiunt. d. l. 26. in fin. de testam. tut. Et qui non subtiliter  
factum emendat, potior & laudabilior est eo, qui primus inuenit. §. sed  
neg. 6. in fin. constit. de concept. digest. Et nihil actum esse credimus, dum  
aliquid addendum superest l. cum Silanianum. 11. in fin. C. de his quib. ut  
indign.*

*indign. Et aliàs illud inspici debet, quod praualet. l. queritur. 10. de stat. homin. vid. §. 1. tutores. 39. §. curatores. 9. l. impuberi. 40. de admin. & pericul. tut. l. 2. C. de confirm. tut. & Cuiac. in parat. ibid. Dn. Vult. in d. §. ult. l. de tutel. n. 2. & 3. Ernest. Cothman. consil. 42. n. 9. & seqq. Trentl. d. disp. 8. th. 2. lit. C. Schegk. disp. 3. delib. iur. th. 27.*

6. Quæritur & hoc, si pater filijs suis tutores dederit, an & nepotibus dedisse intelligendus sit? Nos non putamus; sed eo tantum casu si dederit liberis

*d. §. ult. l. qui testam. tut. dar. poss. l. si quis. 5. & seq. de testam. tut. Filiorum namq; appellatio angustior est, quam liberorum, ut ostendit Dn. Vult. in d. §. ult. n. 1. & Myns. ac Borcholt. ibid. Donell. d. lib. 3. c. 4. Briffon. lib. 6. de verb. sign. verb. filiorum. & lib. 10. verb. liberorum. Trentl. d. th. 2. lit. C.*

7. A lege sola constituitur tutor hodiè non tantum cognatus agnatusque; verùm etiam, si velit, mater & auia *a*. Sed quæritur, si mater & auus concurrant, vter præferri debeat? Nos matrem dicimus *b*.

*a* Si modò perfectæ ætatis sint, & mater ac auia apud acta iudicij specialiter renunciauerint secundis nuptijs, & SCto Velleiano, eiq; alij legitimo auxilio. Non. 118. c. ex his autem. 5. auth. sicut. C. de legit. tut. auth. matri & auia. & l. ult. C. quand. mul. tut. offic. Dn. Vult. in pr. l. de legit. tut. n. 7. Dn. Phil. Matth. in l. 2. de reg. iur. n. 18. & seq. *b* d. auth. matri & quia. ibi, etiam ante cognatos subire permittimus. & ibi, solis testamentarijs tutoribus eas precedentibus, legitimis & datiuis postpositis. & d. Nouel. 118. c. 5. ibi, testamentarijs solis tutoribus precedentibus eas. & gloss. ibid. Trentl. d. disp. 8. th. 3. lit. D.

8. Item, cum in aureabulla Caroli IV. c. de success. princip. expressè cautum sit, vt defuncto Electore superstiti filio eius primogenito, qui necdum attigit plenam pubertatem, tutor sit proximus agnatus; quæritur, an hoc per testatorem possit immutari, vt ille qui fortè datus est in testamento huic proximo agnato præferri debeat? Nos arbitramur quod nequaquam.

*Ius namq; quod publicum est, non potest priuatorum pactis immutari. l. ius publicum. 38. de pact. l. nec ex. 27. de reg. iur. Nec quisquam potest cauere, ne leges in suo testamento locum habeant. l. nemo. 55. de legat. 1. Et agnatus habet ius illud lege sibi quesitum, quod sine facto suo nequaquam amittet. l. id quod nostrum. 11. de reg. iur. Et voluntas testatoris non est*



seruanda in his qua contra legem disposita sunt. arg. l. hoc modo. 64. & l. cum tale. 72. §. si arbitrati. 4. de condit. & demonstr. l. 1. C. de usufr. l. scire. 8. C. ut in possess. legat. Dn. praecept. Ioan. Goedd. ad l. verbis. 120. in fin. de verb. sign. Trentl. d. disp. 8. th. 3. lit. A. in fin.

9. A Magistratu non potest rectè constitui tutor, qui pupilli debitor est vel creditor a. Sed quæritur si constituti sint, & tutelam susceperint, an tutores manere debeant? Non putamus b.

a auth. minoris. C. qui dat. tutor. & cur. etiamsi à legibus vocetur Nouel. 72. c. 1. & 3. non tamen idem dicendum de matre & ania. Nou. 94. in pr. & per tot. Dn. Vult. in §. ult. I. de autor. tutor. in fin. Donel. d. lib. 3. c. 3. in fin.

b arg. d. Nou. 72. c. 4. ubi dicitur, eos omni actione aduersus minorem casuros, propter hoc quod ex studio aduersus legem Imperatoris egerint:

& poenas sustinere debere. & arg. c. 5. ubi dicitur, omnino infirmum esse quod ab ijs fuerit factum, & undiq; in validum. Suspectos etiam hi tutores reddiderunt se, quod debitum vel creditum celauerunt: & suspectos à tutela remouendos esse docet tot. i. ff. & C. de suspect. tutor. Et alias in fraudem qua gesta sunt, renocantur. l. patronus. 8. de tutel. Dd. com. in l. ppter litē. 21. de excusat. Trentl. d. disp. 8. th. 4. li. C. Schegk. d. disp. 3. th. 14.

10. Non incommodè hîc quæstio illustris examinanda proponitur, an tutoris constitutio imperij sit, vel iurisdictionis? Nos comprobamus negatiuam; & ei soli competere illam adferimus, cui nominatim hoc dedit vel lex, vel Senatusconsultum, vel princeps.

text. in l. tuto. 6. §. tutoris. 2. de tutel. & Bart. ibid. nam & pater qui iurisdictionem vel imperium non habet, ex permisso legis 12. tabb. tutorem dare potest. §. permillum est. I. de tutel. & qua iure Magistratus competunt, mandari possunt. l. 1. in pr. de offic. eius cui mandat. est iurisd.

quod de tutela negatur in l. nec mandante. 8. de tutor. & cur. dat. Donel. d. lib. 3. com. c. 7. & lib. 17. c. 8. Cuiac. 15. obs. 19. & lib. 21. obs. 30. Dn. Vult. in §. 1. I. de tutel. n. 6. & in pr. I. de Attil. tut. n. 7. & seqq. Myns. in §. sed hoc iure. eod. tit. Trentl. d. disp. 8. th. 1. lit. E. Dn. Forst. d. disp. 4. quæst. 8.

11. Possunt tamen tutores rectè constituti se excusare, quò minus cogantur tutelæ munus suscipere a. Sed an hoc de ijs quoq; verè dicatur, qui vocantur legitimis controuertitur? Nos adfirmatiuam amplectimur b.

a iuxt. pr. I. de excusat. tutor. vel curat. & Dn. Vult. ibid. n. 1. & seqq. Donell. d. lib. 3. c. 9. Veseimb. in parat. ff. de excusat. tutor. n. 1.

b arg. §. qui autem.

12. Possunt tamen tutores rectè constituti se excusare, quò minus cogantur tutelæ munus suscipere a. Sed an hoc de ijs quoq; verè dicatur, qui vocantur legitimis controuertitur? Nos adfirmatiuam amplectimur b.

a iuxt. pr. I. de excusat. tutor. vel curat. & Dn. Vult. ibid. n. 1. & seqq. Donell. d. lib. 3. c. 9. Veseimb. in parat. ff. de excusat. tutor. n. 1.

b arg. §. qui autem.

13. Possunt tamen tutores rectè constituti se excusare, quò minus cogantur tutelæ munus suscipere a. Sed an hoc de ijs quoq; verè dicatur, qui vocantur legitimis controuertitur? Nos adfirmatiuam amplectimur b.

a iuxt. pr. I. de excusat. tutor. vel curat. & Dn. Vult. ibid. n. 1. & seqq. Donell. d. lib. 3. c. 9. Veseimb. in parat. ff. de excusat. tutor. n. 1.

b arg. §. qui autem.



autem. I. eod. tit. ibi, cuiuscumque generis, id est, qualitercumque, dati fuerint:  
& exemplum est in filio patroni. l. tutela. 3. §. quari. 8. de legit. tutor. & in  
patruo. l. 1. C. eod. l. si sororis. 9. C. qui dar. tut. vel curat. & in fratre eman-  
cipato. l. 2. C. de legit. tutel. & expresse dicitur in Non. 118. c. 5. quod legi-  
timi tutores excusatione possint uti. vid. Dn. Vult. in d. pr. I. de excus.  
tutor. n. 5. & seq. Wesemb. ibid. Dn. Forst. d. p. 1. disp. 5. quest. 8.

12. Multae autem sunt causae ob quas se excusare possunt: an et-  
iam ob imperitiam literarum? Nos nisi cum negotiorum impe-  
ritia coniuncta sit, negamus.

§. similiter. 8. I. de excusat. tutor. l. si duo. 6. §. de rusticis. ult. ff. eod. arg. l.  
certi. 17. C. de iudic. l. expertes. 6. C. de decur. vid. Dn. Vult. lib. 1. discept.  
schol. c. 8. Trentl. d. p. 2. disp. 9. th. 2. lit. F. Dn. Forst. d. disp. 5. quest. 6. Borch-  
in d. §. similiter. 8. I. de excusat.

13. An etiam ob professionem legum, vel legalis doctrinae insignia?  
Itidem negamus, nisi qui propterea se excusare volunt Romae, pro-  
fessores sint, vel à consilijs Principum.

l. si duas. 6. §. legum vero. 12. l. iuris peritos. 30. ff. de excusat. Balduin.  
Mynsig. & Schneid. ad §. item qui Romae. l. eod. tit. Trentl. d. disp. 9. th.  
lit. G. vid. l. spadonem. 15. §. qui accepit. 12. d. tit.

14. Qui tutores se non excusant, tenentur satisfactionem praesta-  
re; & quidem secundum Iustinianum ius, fideiussoribus datis,  
non etiam pignoribus.

Est enim haec satisfactio Praetoria iuxta. pr. I. de satisfat. tutor. qua perso-  
nas desiderat l. 2. de stipul. prator. l. 1. Qui satisfat. cog. Dn. Goedd. tr. de  
hoc contrah. stipul. c. 5. n. 298. & seq. Trentl. p. 1. disp. 5. th. 2. lit. A. & p. 2. disp. 8.  
th. 5. lit. B. in fin. Schegk. d. disp. 4. th. 22. & seq. Dn. Forst. d. disp. 5. quest. 5.  
Bronch. cent. 1. assert. 25. Sed hodie ex constitutione Politici. Caroli V. po-  
test etiam haec satisfactio fieri sub hypotheca omnium bonorum: & quidem  
omnes indistincte tenentur praestare eam. vid. Dn. Vult. in d. pr. I. de satis-  
fat. dat. tutor. n. ult. & Trentl. d. th. 5. lit. C.

15. Praestita satisfactione tenentur pupillis auctores fieri in ijs  
negotijs, ex quibus damno possunt affici a. An & inuiti? nequaquam.  
obligari. 9. de aucton. & cons. tutor. & iuxta. pr. I. eod. tit. Hinc nec  
hereditatem adire possunt pupilli sine tutoribus, quamvis lucrosa sit d. l. obli-  
gari. 9. §. 3. & 4. §. neq. tamen. h. eod. Denell. d. lib. 3. c. 13. Niell. disp. feud. 2.  
th. 2. lit. A. vid. Dn. Vult. in d. pr. I. de aucton. tutor. n. 6. Trentl. d. disp. 8.

th. 6. lit. C. b per text. express. in l. si tutor. 17. de auctor. & conf. tutor.  
Donell. d. c. 13. Dn. Vult. in d. pr. n. 8. Et tum intelligitur auctor fieri tutor,  
cum dicit se probare id quod cum pupillo agitur. l. 3. eod. tit.

16. Quid autem si pupillus sine tutoris auctoritate negotium  
gessit, an illud omninò nullum est? Non putamus.

Si namq, utilitas quadam ad pupillum potest ex eo proficisci, tunc ratum  
intelligitur. arg. d. pr. l. de auctor. tutor. l. 1. C. de auctor. prestand. l. quam-  
vis. 32. §. ult. de acquir. vel amitt. poss. atq, is qui contrahit, vel scit, vel  
debet scire conditionem eius cum quo contrahit l. qui cum alio. 19. de reg.  
iur. & Interpp. ibid. vid. Dn. Vult. in d. pr. l. de auctor. tut. n. 9. & seq.

17. Quid autem si nulla utilitas profiscatur exinde? Et generali-  
ter concludimus, pupillum nec naturali, nec etiam civili iure obli-  
garia nisi fortè locupletior factus sit, aut dolo malo in re aliena  
versatus b.

a l. quod pupillus. 41. de condiç. indeb. l. pupillus. 59. de oblig. & action.  
l. ult. de iur. & fac. ignor. l. pupillus. 189. de reg. iur. b l. naturaliter.  
13. in fin. & l. seq. de condiç. indeb. §. in summa. pen. I. de obligat. qua ex  
del. nasc. Atq, hoc casu ex rescripto Divi Pij etiam utili actione conue-  
niri potest l. 3. §. pupillus. l. 6. in pr. l. Neseñius. 34. circ. fin. de negot. gest.  
l. 1. §. an in pupillum. 15. deposit. vid. Dn. Vult. lib. 1. disc. schol. c. 16. Dn.  
Goedd. d. tr. de contr. stipul. c. 7. concl. 12. Dn. Phil. Matth. in l. 5. de reg.  
iur. n. 20. & seq. Dn. Forst. tr. de pact. c. 5. & d. p. 1. disp. 4. quest. 10. Treutl. p.  
1. disp. 6. th. 5. lit. B.

18. Dubia verò quaestio est, quando tutor auctoritatem suam  
interponere debeat? Nos putamus, quod nec ante, nec etiam post  
tempus, sed in ipso negotio.

§. tutor a. l. de auct. tut. d. l. 3. et d. l. obligari. 9. §. tutor. 5. ff. eod. l. si quis. 25.  
§. in summ. 4. de acquir. vel omitt. hered. l. nunquam. 31. in pr. de usucap.  
Dn. Vult. in pr. l. de nupt. n. 21. & in pr. l. de auct. tut. n. 2. Borch. in d. §. tu-  
tor autem, Treutl. d. disp. 8. th. 6. lit. E. Schegk. d. disp. 4. th. 57. Bronch. cent.  
2. miscell. ass. 6. Dn. Forst. d. disp. 4. quest. 11. vid. Donell. d. lib. 3. c. 13. &  
lib. 7. c. 9. circ. fin.

19. Tutores per emancipationem olim legitimam tutelam amit-  
tebant: Num & hodiè? Negamus.

Quia ut supra dictum, hodiè & cognati à lege ad tutelam vocantur; &  
emancipatio cognationis iura nequaquam dissolvit §. quod autè, l. de capit. de-  
minut.

20. *minut. imò nec agnationis, l. ult. C. de emancipat. ibi, & legitima iura omnimodò habere. Dn. Vult. in §. minima, l. de capit. demin. & in §. praeterea. l. quib. mod. ius patr. pot. solu. n. 7. Niell. disp. 6. th. 2. lit. A. Don. d. lib. 3. c. 14. Dn. Forst. d. disp. 4. quest. 12.*

20. Nonnulli dubitant, num & transfugæ, hoc est ij qui fide mutata ad hostes transierunt, ipso iure omnem tutelam amittant? Nos adfirmantibus subscribere non veremur.

*Amittunt enim civitatem, l. amissione, 5. in pr. & §. 1. de capit. minut. l. postliminiũ, 19. §. transfuga, 4. & §. filius quoq, 7. de captiv. & postlim. reuers. quocirca & tutelam, qua civitati connexa est, arg. §. sed & captiv. l. quib. mod. tut. fin. Donell. d. c. 14. Trentl. d. disp. 8. th. 6. lit. F. Dn. Forst. d. disp. 4. quest. ult.*

21. Suspecti quoq; tutores coguntur tutelam deponere, & quidem si ob dolum, notantur etiam infamiã: Quid autem si ob latam culpam? Non idem arbitramur.

*§. suspectus autem remotus, 6. l. de suspect. tutor. in quo illud negatur de culpa indefinitè, l. tutor. 3. §. qui ob segnitiam, ult. ff. eod. in qua de segnitia, rusticitate, inertia, simplicitate, & ineptia. l. ult. C. eod. tit. in qua indefinitè de negligentia. Wesemb. in d. §. suspectus autem remotus, & in par. ff. eod. n. ult. & ff. de his qui not. infam. n. 4. Donell. d. lib. 3. c. 16. Alciat. in l. magna. 226. Sturc. in l. contractus, 23. de reg. iur. n. 73. Dn. Forster. d. disp. 5. quest. ult. Bronch. cent. 3. ev. v. aff. 19.*

22. Cum pupilli sunt puberes facti, solent ijs dari curatores: sed quæritur, an etiam inuitis? Nos ex Iustiniano iure, nisi ad exercendam litem, negamus.

*§. item inuiti, & ibi Dn. Vult. & Wesemb. & arg. l. 2. §. an autem, 5. Qui per tut. vel curat. l. mutus, 43. §. is qui, 3. de procurator. ex quibus perspicuum est, neminem posse adultis curatorem petere, nisi eorum voluntate. vid. & l. 3. §. 2. de tutel. Don. d. lib. 3. c. 18. Borch. in pr. l. de curator. & Dn. Vult. ibid. n. 4. Wesemb. in par. ff. de tutor. & curat. dat. n. 2. Schegk. d. disp. 4. th. 4. Sed hodiè ex d. constitut. Caroli V. etiam inuitis adolescentib. curator potest dari, ut ait Trentl. d. disp. 8. lit. A.*

23. An verò & hodiè curatores alij sint legitimi, alij autem datiui seu honorarij controuertitur: Nos non putamus; quandoquidem omnes à magistratu constituuntur.

*arg. l. his qui, 12. in pr. de tutor. & curat. dat. ab his. & §. dantur autem. l. de*

de curat. & arg. § furiosi. eod. tit. ubi dicitur, is qui olim ex l. 12. tabull.  
curatores habebat, hodie dari a magistratu illos. vid. l. 1. A. obseruare. 6. de  
curat. furi. l. 1. C. eod. Dn. Vult. in d. pr. l. de curat. n. 13. & V. Kexemb. ibid. n.  
3. Borch. in § furiosi. eod. & Crispin. ibid. lit. G. Schöck. d. disp. 4. th. 3.

24. Controversa quæstio est an pubes qui curatorem habet, ci-  
uilitate obligari possit, si negotium contrahit citra eius consensum?  
Nos arbitramur quod possit.

l. puberes, 101. de verb. oblig. arg. l. ciuitas, 27. de reb. credit. Cum enim lo-  
cupletior est factus, aut dolo malo in re aliena versatus, tunc omnino ob-  
ligatur, quemadmodum de pupillo quoque dictum est supra in th. 17. h. disp.  
& vid. th. 18. disp. 2. Robert. 1. animaduers. 12. Dn. Forst. d. tr. de pact. c. 5.  
pag. 109. & seq. Niell. disp. feud. 2. th. 4. lit. D. Alias vero obligari eum  
negamus propter l. 3. C. de in integr. restitut. min. & bona sua, sub quibus  
& obligationes continentur, l. Princeps, 21. de verb. signific. non potest solus  
administrare: & lex Latoria de minoribus (quam alij legunt Lectoriam,  
alij Plectoriam, alij Latoriam etiam) prohibet, ne minores obligentur ex  
stipulatu, de qua vid. Dn. Valent. Forster. Sen. & Præcept. nost. pl. obseru.  
lib. 1. Histor. Roman. de legibus Antony & Cesar. & Hotoman. in ind.  
leg. Roman. lit. L. Huc pertinet illud Callidori adolescentis apud Plaut.  
in Pseud.

*Nimis sum miser: nummum nusquam reperire argenti queo.*

*Ita miser, & amore pereco, & inopia argentaria*

*Perij, an non? tum lex me perdit quina vicenaria*

*Metuunt credere omnes. Conf. l. 2. C. Theodos. de don. vid. et Don. lib.*

*12. com. 6. 22. & in d. l. puberes. 101. de verb. oblig. Dn. Goedd. in d. l. princeps.*

*21. de verb. sign. & in d. tr. de contr. stipul. c. 7. concl. 14. Dn. Forst. d. c. 5. pag.*

*105. & aliquot seqq.*

25. Denique & hoc à nonnullis in dubium vocatur, an tutela &  
cura munera sint publica? Nos verò concludimus quod sint.

propter text. in pr. l. de excusat. tutor. l. 1. §. aque 4. l. munera. 18. §. per-

sonalia sunt. de muner. & honorib. l. filiusfamilias. 9. de his qui sui vel al.

iur. sunt. l. non tantum. 17. §. eos qui. 2. & §. is qui. 4. de excusat. neq. ta-

men putamus §. tutela. 15. in l. Si duas, 6. ff. iam d. t. spurium esse, aut aliun-

de in contextum illum irrepisse. vid. Dn. Vult. in d. pr. l. de excusat. tut.

n. 2. & 12. Donell. d. lib. 3. c. 9. Trentl. d. disp. 8. th. 1. lit. E. circ. sup.

CORON-



## CORONIDES

I.

Verbum HOMO tam de muliere, quam de viro prædicatur.

II.

Fœtus in vtero existens, qui iam informatus est, non immeritò appellatione hominis notatur.

III.

VOX PERSONA ad seruum quoq; pertinet.



AD RESPONDENTEM, CON-  
uictorem & amicum optatif-  
simum.

**S**unt, quæis sacra DEI dogmata maximi  
Noctes atq; dies discere perplacet:  
Sunt, quos inualido à corpore pellere  
Febres lethiferas arte suâ iuuat:  
Hunc nouisse iuuat sacra volumina

Phæbi,

Phæbi, qui Sophiæ lux, decus inclutum:  
Sunt, quos facta iuuat tradere litteris  
Antiqua, atq; virum prælia fortium:  
Multos castra iuuant, bellaq; feruida, &  
Detestata diu classica Martia:  
Hunc doctarum bederæ præmia frontium  
Si miscent superis, hunc aliud iuuat:  
Te MARTINE iuuat pandere scrinia  
Legum, & flexibiles soluere nodulos:  
Te decreta Papæ didita præsulis,  
Te nouisse iuuat iuraq; ciuica:  
Te nouisse iuuat iuraq; Saxonum.  
Fautorum, opto tibi copia tanta sit,  
Legum quantus amor discere vincula.  
Ast hæc quid refero? Pergito nam tuis  
Certè præmia erunt digna laboribus:  
Pergas dia Themis cæpta beet tua.

Amicitiaæ ergo

LAURENTIUS ECCARDVS  
Neapolitanus ab Ericis F.



ULB Halle  
003 913 791


3



Sb.

1077









Disputatio IV.  
**DE TUTELIS  
ET CVRA.**

Quam  
D. N. A. G.

Sub Præsidio  
**CHRISTIANI MASCOVII,**  
Pomer. academicæ exercitationis ergò, No-  
bil. mis iuxta ac doct. mis suis commilito-  
nibus discutiendam pro-  
ponit

*MARTINVS HOFMANNVS*  
Glogou. Sil.

18. Calend. Maij horis matutin. & pomerid.

Si tutores Pupillorum euesores exiunt, tanto  
id scelus grauius est, quanto illorum fides ab ijs,  
qui constituerunt eos, maior est iudicata.

HELMAESTADII,  
Excudebat Iacobus Lucius.  
Anno M. D. C. IV.



10

